

Documentos para el estudio de la Numismática navarro-aragonesa medieval

(5.ª Serie)*

Por Angel J. Martín Duque

57

1024

ELDEBUENE LALA Y SU MUJER KISCILU VENDEN UN HUERTO A BLASCUTE Y SUS HERMANOS E HIJOS.

—AHN, SVict, c. 760, n.º 6 (1), copia del s. XI

In Dei nomine. Ego Eldebuane Lala et uxor sua Kiscilu entori nostro Blascute et suos germanos Belda et Nina et Lialla, et suos filios Donate et Ferruce, bendimus nostro ortu cum exio et regressio; id est pretio XII ar[ienzatas?] de argent[o], et de ipso pretio nihil non remansit. Et qui distruxerit XX solidos componeat. Facta carta in era T LX II h. [Testis] Eldebuane Fruelo. [Testis] Galino Bancones. [Testis] Bardina Gualabonse. [Testis] presbiter Mudegere. Et ego Eneco Bancones fecit. Pax vobis. Amen.

58

[c. 1024?] ¹

FORTÚN Y "ORIPISSIMA" VENDEN UN LINAR A (ELDEBUANI)

—AHN, SVict, c. 760, n.º 6 (8), copia del s. XI

In nomine Domini. Ego Fortunio et, Oripissima si uendo meo linari in Fuanti Kalenti; illu preciu III s.² denridiciu. Qui ista carta distruxerit X solidos pactet.

* Siglas empleadas para expresar las signaturas de los documentos:

—AHN, SVict = Archivo Histórico Nacional, San Victorán.

—ACL = Archivo de la Catedral de Lérida.

—ACT = Archivo de la Catedral de Tudela.

—AGN = Archivo General de Navarra.

—FFLZ = Facultad de Filosofía y Letras de Zaragoza, Documentos de S[an] Vict[orán].

¹ Fecha calculada por la relación de forma y contenido de la escritura con otra (AHN, SVict., c. 760, núm. 6 [1]) datada, expresamente, en 1024 (era T. LX 11.ª)

² s[solidos?]

[1049-1063?], noviembre¹

DACOLINA Y SUS HIJOS VENDEN A SENTERO UNA TIERRA EN EL CASTRO DE SAN MARTÍN, LUGAR DE SOLANO.

—AHN, SVict, c. 763, n.º 20 Cart. 4 v-5 r (24), copia de finales del s. XII

In Dei nomine. Ego Dacolina cum filios meos uel filias tibi emptori nostro Sentero, quoniam placuit in animis nostris et placet ut tibi uendimus. I. terra in castro sancti Martini, in loco ubi dicitur in Solano, de oriente Ato Centulli de Toleto, de occidente Galindo Sanciones, per fundus uia publica, per capud Ramio Gimares; est ipsa terra circumdata et terminata ab integro, in precio placibile. III.^{es} solidos et duos argenceos, et de ipso precio aput te non remansit.

Et est manifestum quod si ego Dacolina aut filii mei aut aliquis homo qui ista carta inquietauerit, duplo componat et insuper. II. libras suri pectet ad ipsum seniozem de sancti Martini, et non disrumpatur.

Facta ista carta in mense nuembrio, anno regnante Ranimiro rege, seniore in sancti Martini Fortunio Blascho.

Signum Dacolina cum filiis suis qui hac cartam [rogauit]² scribere et testes firmare. Signum Amere Francones testis. Signum Duras testis. Presbiter Galindo Mirones fide fecit.

Galindo presbiter hoc scripsit.

[1056-1063?], mayo 30¹

DURANDO, PRESBITERO DE SAN VICENTE, VENDE AL ABAD GARUZO Y A LOS MONJES DE SAN VICTORIÁN UNA VIÑA EN SAN VICENTE.

—AHN, SVict, c. 761, n.º 4

In Christi nomine. Ego Durandus presbiter de sancti Uincenti filio [...] tibi entore nostrum Garuzone abbate de saneto Uictoriano, simul cum confratribus tuis. Placuit in animis meis et placet ut uobis uindo una uinea in uilla sancti Uincenti, in loco ubi [di]citur ad Cannas, ad illum uillar[icum?]/, de horiente stirpe et per fundus u[i]a puluica, de occidente Centolle Filgoli, per caput stirpe. Uindo uobis ipsa uinea circumdata et terminata quanto istas infrontaciones includunt ab omni integritate, in precio placibile, id est XVI solidos et nichil de ipso precio aput uos non remansit. Est ipso precio una casa circa ipsos palacos de ipsos seniores qui sunt in ipsa uilla, de parte oriente, ualentem XII solidos, et insuper donastis mihi quator houes cum suos agnos, et in simul fuit XVI solidos. Et est manifestum quod si ego Durandus suprascriptus aut de parentibus meis uel filiis meis ho aut aliquis homo qui hanc carta inquietauerit, IIII.^{or} libras auri componat, et hanc carta firmis permaneat et non disrumpatur.

¹ Fecha aproximada deducida combinando los dos datos de la cláusula cronológica, reinado de Ramiro I y tenencia de Fortún Blasco en San Martín.

² Palabra omitida por el copista.

³ Fecha aproximada deducida por el abadiado de Garuzo y reinado de Ramiro I.

Facta hanc carta in mense madio III.º kalendas yunii, regnante in Suprarui Randemiro principe. S(ignum) ego Durandus presbiter qui hanc carta rogavi scribere et testes ut suas signas facerent. S(ignum) Centolle Date teste. S(ignum) Gamiza Sanconse teste, Oriole Alderiti teste. Gintu Filgu et Lope Renelle fide fecer[unt] de firmitate.

Ego Garuzo presbiter scripsi hanc carta per rogacione Isnardo de sancto Laurenzio sub die et anno que supra.

61

[1056-1063?], junio ¹

VITA MAYOR Y SU MUJER BELLA VENDEN AL ABAD GARUZO UNA VIÑA EN ESCORRUÉS.

—AHN, SVict, c. 767, n.º 8 (1), copia de la primera mitad del s. XII

In Christi nomine. Ego Úita Maiore et uxor mea Bella tibi emtori meo Garuzo abba simul cum cuncta congregacione tua. Placuit in animis nostris el placet ut tibi vindimus una uinea in uilla Scurrui ubi dicitur ad illas Peras, per capud Asnre Barones, per fondes Lobe Asnare; et est ipsa uinea circumdata et terminata ab omni integrietate. In precio placibilem. III. solidos et. VII. argenceos, et nihil de ipso precio apud te non remansit. Et est manifestum quod si ego Bitu Maiore et uxor mea cum filiis meis nel de parentibus meis ho aut aliquis omo qui ista karta inquietare uoluerit. IIII. libras de auro componat et in antea jsta carta firmis permaneat.

Facta karta uendicionis in mense iunio anno superuenientum Christum expectantem et in Superarui Ranimirum principe regnantem, et in kastrum sancti Martini seniore Fertungu Belascho. S(ignum) Bitu Maiore et uxor sua qui hac karta inquietare uoluerit. IIII. libras de auro componat et in antea ista carta firmis de Fossato et Fertungo presbiter firme.

Et Galindo monachus rogatus scripsit.

62

[1056-1063?]¹

GARUZO, ABAD DE SAN VICTORIÁN, ENTREGA AL SEÑOR FORTÚN BLASCO, PARA QUE LOS POSEA DURANTE SU VIDA, UNOS CAMPOS DE "LIXELLOS" Y DE "BALAE" Y EL MOLINO DE "GENESTAR" CON SUS DEPENDENCIAS, A CAMBIO DE LA DÉCIMA DE TALES HEREDADES Y DE LA DE TODOS LOS CENSOS DE LA "HONOR" DE SAN MARTÍN.

—AHN, SVict, c. 767, n.º 15, copia de mediados del s. XII

In Dei nomine. Ego Garuzo abbas sancti Uictoriani dono ad uos senior Fertunio Blasch ipsos campos de Lixellos et de Balae quos donau[it] rex Sancius

¹ Fecha aproximada deducida combinando los datos de la cláusula cronológica, reinado de Ramiro I, y tenencia de Fortún Blasco en San Martín, con el abadiado de Garuzo en San Victorián.

² Fecha aproximada deducida por el abadiado de Garuzo en San Victorián y tenencia de Fortún Blasco en San Martín.

ad sancto Victoriano, et ipso molino de Genestar cum suis ortos et suas arbores que donau[it] Petro Oniscul de Griaualo ad sancto Victoriano, ut teneatis in uita uestra et laboretis et donetis totam deciman ad sancto Victoriano. Et hoc facio propter illum bonum seruicium quod uos facitis ad illo, monasterio de sancto Victoriano; et hoc facio per tale conuenientia: ut post morte uestra tota ista causa sit libera et ingenua de sancto Victoriano. Et ego senior Fertunio Blasch mitto in sancto Victoriano totam decimam de mea laboranza et de tota illa honore de sancti Martini que ego teneo, de quantum census inde exierit, de pane, de uino, de carnale, et de precheras, et de presentallas, et de homicidiis et de totas meas dannas, tota decima sit de sancto Victoriano; et mando ad filio meo Fortunio ut ita teneat et obseruet omnibus diebus uite sue, illi et omnis posteritas mea. Et insuper dono unum bonum asinum qui fuit comparatum in quadraginta solidos de caszmi. Et post dies meos ipsos campos et ipso molino cum suis ortos et suas arbores et cum tota sua melioranza sit de sancto Victoriano liberum e. ingennum sine ulla mala uoce.

Et de hoc factum sunt testes ex parte sancti Victoriani abbas Garuzo et donnus Borrellus monachus et don Ramio de ipso Poio et don Ezo de ipsa Mua et don Gimar de Banasto. Et ex parte senior Fortunio Blasco sunt testes senior Lop Sanz et senior Garcia Asmar de Orna et senior Fortunio Lopez de Perola et Galin Sanciones et Garcia Sanciones et Banzo Uita de sancto Martino.

63

[1063-1076?], enero

TODA VENDE A NUÑÓN. DE LA "MERCED" DE SAN VICTORIÁN, UNA TIERRA EN EL PLANO.

—AHN, SVict, c. 763, n.º 19 (13), copia de finales del s. XII

In Dei nomine. Ego Tota tibi emptori meo Nunnone qui es obediens de ipsa mercede sancti Victoriani. Placuit in animis meis et placet et uindo tibi. I. terra in ipso Plano, de oriente Galindo Modeher et de occidente Galin Garcians. Et tu dedisti mihi precio placibile. X. argenzos, et de ipso precio apud te non remansit. Et est manifestum quod si ego Tota aut aliquis consanguineus meus aut aliquis homo qui ista carta inquietare uoluerit, in dupplo componat et non disrumpatur.

Facta carta uendicionis in mense ianuario. Regnante rege Sancio in Aragona et in Suprarbi et Ripacorza.

Signum ego Tota qui hanc cartam uendicionis rogauit scribere et testes firmare. Signum Enneco filius de Balliro. Signum Bitalis presbiter de Toletó.

64

[1063-1094?], mayo

ATÓN GALINDO Y SU MUJER "ENGLIA" VENDEN A SENTERO UNA TIERRA EN EL PLANO.

—AHN, SVict, c. 763, n.º 20, Cart. 4 r — 4 v (22), copia de finales del s. XII

In Dei nomine. Ego Ato Galindonis et uxor mea Englia tibi emptori meo Sentero, placuit in animis nostris et placet ut tibi uendamus. I. terram in fundus de

ipso Plano, de oriente Duras, de occidente Ennecho Bellones; et est ipsa terra circumdata et terminata ab omni integritate. In precio placibile. II. solidos et duos argenzos. Et manifestum quod si ego Ato Galindones aut uxor mea aut aliquis homo qui istam carta[m] inquietauerit, in duplo componat, et non disrumpatur.

Facta ista/ carta uendicionis in mente madio, anno Christum regnantem Sancio regem. S(ignum) Garsia Galindonis. S(ignum) Durande Galindonis. Galindo presbiter rogitus scripsit.

65

1103, septiembre 25

"DODO PETRI" Y SU MUJER CLEMENCIA VENDEN A LOS CANÓNICOS DE SAN VICENTE DE RODA SU ALODIO Y LA MITAD DE LAS DÉCIMAS DE MONTE OLIVO, POR CIEN MANCUSOS DE ORO PARA EL RESCATE DE SUS HIJOS, CAUTIVOS EN LÉRIDA.

—ACL, Roda

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego Dodus Petri et uxor mea Clementia facimus hanc cartam vobis canonicis sancti Vincencii de Rota, ipso honore siue alodio de Monte Oliuo que acaptauit Petrus Onofredi et Bernardus Onofredi de domno Raimundo Dalmacio episcopo, et ipsi dederunt michi pro mea muliere illud totum, sic uindo uobis ab integro siue cultum siue incultum, quantum in ipso termino de Monte Oliuo habeo uel habere debeo in terris, in uineis, in ortis, cannamaribus, in casas et in casalibus, in precio placibile centum mancusos quos mihi dedistis aureos, et ego dedi in redemptione filiorum meorum qui obsides pro me in Lerda tenebantur captiui. Simili modo in supra dicto precio uindo ipsar medietatem decimarum de ipso termino de Monte Oliuo que ego tenebam.

Facta carta uenditionis anno ab incarnatione domini millesimo centesimo tercio. Regnante domno Petro Santio rege in Pampilona et in Aragon et in Ripacurcia. In mense septembrio, VII kalendas octobris. Signum Dodonis et uxoris sue Clementia, qui hanc cartam rogauimus scribere et testes ad corroborandum firmare. Signum [signo] Martin Unniscul. Signum [signo] Ramon Lorencii. Signum [signo] Bonifilio Baron. Signum [signo] Galin Arnal. Fidanzas de saluetate, Ramon Mir, et Martin Unniscul, et Bonifilio et Ramon Lorenc. Visores et auditores At Mirons, et Galin Iulian, et Pere Bernard, et quam plures aliboni homines.

Berengarius Raimundi sancti Vincencii canonicus per preces domni Dodonis et sue coniugis scripsit hanc cartam sub die et anno quo supra.

66

[c. 1124?] ¹

LOPE Y PELAYO VENDEN A GALINDO, LIMOSNERO (DE SAN VICTORIÁN), UNA TIERRA EN "CASTILLO SAGITA".

—AHN, SVict, c. 763, n.º 19 (6), copia de mediados del s. XII

In Dei nomine. Ego Lope et ego Pelaius uindimus ad nos don Galindo elemosinario. I. terra ad illo Castello Sagita in precio apreciato. I solidum grossum. et de

¹ La escritura forma parte de un grupo de adquisiciones hechas por el limosnero Galindo, para el monasterio de San Victorlán, y fechadas algunas en 1124. (AHN, SVict., c. 763, n.º 19, docs. 7, 8, 9 y 10.)

ipso precio apud uos non remansit. Et est fidanza de saluetate de todos homines
Martin Mirona.

67

[1104-1134?] ¹

GALINDO, "CELARARIO" (DE SAN VICTORIÁN), CAMBIA A ENNECÓN
GARCEZ UNA VIÑA EN LOS CONGOSTELLOS POR OTRA EN ASERESA.

—AHN, SVict, c. 767, n.º 6 (2), copia de la segunda mitad del s. XII

In Dei nomine. Hec est carta conchamiationis quam fecit Galindo cellararius cum Ennecho Garcez. Sic chamio tibi ego Galindo una uinea ad illos Congostellos et tu dedisti nobis in Asseressa alia uinea, per fundus nos metipsos. Et sunt fides de isto chamio den nostra parte Baron Centol, et de parte de Ennecho Garcez est Petro Ramjo. Et sunt testes Baron Centol et Martín Bradila et Iohannes filius Maior. Et ego Galindo dedi super camio IIII.^{or} argenceos.

Ramius monachus scripsit.

68

[1104-1134], Junio

BONOFILIO Y SU MUJER VENDEN A ÁZNAZ Y SU MUJER MARÍA DOS
VIÑAS EN EL TERRITORIO DE GRIEBAL.

—FFLZ, DocSVict, n.º 20-4P, copia de mediados del s. XII

In nomine Domini. Ego Bonofilio et uxor sua [...uobis em]tores nostros Azenar et uxor sua Maria. Placuit in animis nostris et placet, sic uindimus uobis II sortes de uineas in territorio Griualo; ipsa. I.^a ad sancti Cipriani, de oriente hia publica, et de occidente Iohannes de Arraso; et alia in ipso campo, de oriente Garcia Galinz, de occidente sancti Victoriani. Et dedistis nobis precium placibile. XV. solidos grossos, et de ipso precio apud uos entores non remansit. Et est manifestum quod si ego Bonofilio aut uxor mea aut aliquis homo de genere nostro aut ulla magna uel parua persona qui contra hanc carta uendicionis ueniunt ad rumpendum, non hac ualeat uendicare quod requirit, set componat eam in duplo cum omni sua melioracione, et in antea ista carta firma et stabilis permaneat omnique tempore et non sit disrupta.

Facta carta uendicionis in mense iunio, regnante Aldefonsus rex. Si quis autem supra nominati qui hanc carta uendicionis rogauerunt scribere et testes firmare et suas signas facere. [Signo] Garcia Dati teste. [Signo] Eneco Galindo teste. Galin Garcians firme de omnes remouentes.

Martinus presbiter rogatus ab his testibus scripsit.

¹ La escritura forma parte de un grupo de adquisiciones de Galindo, para San Victorián, fechadas algunas "regnante Adefonso rege de Ilirico usque in Pallares". (AHN, SVict., c. 767, ndm. 6, docs. 3, 4, 5 y 6.)

69

1136, abril 30

ENNECHO ENNECHONS Y SU MUJER COLUMBA VENDEN A GALINDO, LIMOSNERO (DE SAN VICTORIÁN), UNA TIERRA EN EL MEDIANO DE BRUIS.

—AHN, SVict, c. 763, n.º 19 (5), copia de mediados del s. XII

In Dei nomine. Ego Ennecho Ennechons et uxor mea Columba cum filiis nostris uindimus ad uos don Galindo elemosinario, una terra in illo Mediano de Bruis, in precio adpreciato II. solidos grossos, et de ipso precio quod inter nos et uos conuenit apud uos non remansit.

Et est ipsa terra ita terminata: de oriente uos ipsi emtores et ipsa sponda, de occidente nos ipsi uenditores, per fundus ipsa terra de sancto Bartolomeo, per capud Sanzio Garcianes. Et est (mani) manifestum quod si nos suprascripti uenditores aud aliquis ex parentibus nostris aud aliquis homo qui hec carta uenditionis inquietari uoluerit, precium suprascriptum in duplo componat et in antea firmis permaneat. Et est fidanza de saluetate de totos homines don Unifred de illa Calle-riza. Et sunt testes Guielm Onifred et don Petro de illa Mua et Martin Sanz suo genero.

Facta carta II. kalendas madii, era M.ª C.ª LXX.ª IIII

Petrus rogatus scripsit.

Et dispensauimus in ipsa aliala XX libras de pane et II. galletas de uino et uno spatulare de porco et uno cordero.

70

[1135-1137?], abril 1

GALIN ENARD Y SU MUJER MARIA VENDEN A SU HERMANO JUAN UNA TIERRA EN EL LUGAR DE "COMA DE PERA" Y UN CAÑAMAR EN RIO DE PERA.

—AHN, SVict, c. 763, n.º 20 Cart. 2 r — 2 v (11), copia de finales del s. XII

In Dei nomine. Ego Galin Enard et uxor mea Maria cum filiis meis uel filias, uobis emptori meo Ihoannes fratrem meum, uendo uobis uobis (sic) una terra in loco ubi dicitur in fundis de Comma de Pera, de oriente uia publica, de occidente eremo. Et uos dedistis nobis in precio placibile I. solidus in pane et alium in uino. Et uno kannamar in loco ubi dicitur ad rio de Pera, de \ oriente/ se ipso et de occidente rio discurrit; et dedistis nobis in precio uno solido grosso, et nichil de ipso precio apud uos non remansit. In Dei nomine firma abeas potestate.

Facta carta in mense aprile anno regnante Ranimiro rege. S(ignum) Galin Enard. Quod si ego Galin Enard aut de filiis meis aut de parentum meorum homo uel femina qui ista carta inquietare uoluerit in duplo componat et si non discripta. Signum Sanz Fortunions filio Englia teste. S(ignum) Petro Ferrer filio Marie testis.

¹ Aunque en la cláusula cronológica no se expresa claramente, se trata del reinado de Ramiro II, como se puede demostrar comparando los nombres de persona de la escritura con los de otras coetáneas fechadas con mayor precisión. (AHN, SVict., c. 763, núm. 20, docs. 2 y 13.)

1137, septiembre. ESTELLA

EL REY GARCÍA RAMÍREZ DA AL MONASTERIO DE IRACHE Y A SU ABAD
AZNAR LA VILLA DE MUNARRIZQUETA, EN EL VALLE DE ORBA, POR
LOS 2.400 SUELDOS QUE HABÍA RECIBIDO EL REY.

—AGN, Irache, n.º 140, original o copia costánea.

—Becerro de Irache, fol. 48-49.

—Cit. MORET, Anales, lib. XVIII, cap. IV, n.º 8.

[Crismon] In nomine sancte Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego quidem Garcia, Dei gratia Pampilonensium rex, simul cum uxore mea Margaritha regina facio hanc cartam de donatio Domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Iraxe et uobis abbati dompno Acenari et uobis omnibus senioribus monachis/ ibi comorantibus et Deo seruientibus, tam presentibus quam futuris. Placuit mihi libenti animo et spontanea uoluntate, et propter amorem Dei et gloriose uirginis Marie, et pro animabus patris et matris mee et omnium parentum meorum, et pro hoc quod uos mihi donastis per ad meum seruicium/ duo milia et quadringentos solidos de illa me[ra] mo[n]eta qui fuerunt, ad compunctum de CCC morauedis, et propter alia multa seruicia ualde ne/cessaria que mihi fecistis. Dono uobis unam [pro]priam uillam que est in Ual de Orba et dicitur Munarizquita, et dono uobis eam cum habitatori-/bus suis mihi pertinentibus, et cum egressibus et regressibus suis, cum aquis et fontibus et riuis hac molendinis, cum pascuis et erbis et montibus et siluis et cum /omnibus suis terminis eremis et populatis et cum omnibus omnino suis directaticis et suis pertinentiis que ei pertinent ad pertinere debent, totum ab in/integro. Adhuc autem dono uobis ibi meum palacium cum meo orto et meo molino et cum tota mea hereditate erma et populata, et cum toto quod ibi habeo/ uel habere debeo totum ab integro sine ulla retinentia et sine ulla uoce mala et quod habeatis et teneatis et possideatis eam ingenuam et liberam et so/lutam et quietam uos et omnes uestri successores per cuncta secula. Et nullus de mea parentela uel de prole altera habeat auferendi hanc uillam potesta-/tem nec in alia guisa iam amplius illam perdat Sancta Maria nec ualeat eam demandare uel inquietare aliquis, set firma et segura permaneat in seruicio/ Dei et Sancte Marie per cuncta secula seculorum, amen. Si quis autem parentum meorum uel aliquis successorum meorum proximus uel extraneus, rex aut princeps, uel potestas seu etiam/ quislibet homo nec aliqua persona hoc meum factum dirumpere uoluerit, iram Dei omnipotentis et beate Marie et omnium sanctorum incurrat, et cum Iuda traditore infer-/ni penas sustineat, amen. Ego uero supradictus rex Garcia qui hanc cartam fieri mandauit, propria manu corroborauit et hoc signum [signo] feci/.

Facta carta in era M.ª C.ª LXX.ª V.ª, [in] men[se] septembri, in illo burgo de Stella. Regnante domino nostro Ihesu Christo et sub eius /imperio ego iam dictus Garsia dominator in P[an]pilona et in Tutela. Episcopus Sancius in Irunia. Episcopus Michael in Tarazona. Abbas iam dictus Acenari/rius in supra dicta Sancta Maria. Abbas Garsias in Leior. Don Beilla in Aibar. Guielmus Acenariz in Sangossa. Senior Lope Ximinones in [A]hezcoa. Senior Lop Ennecones in/ Tafalia. Martin

Sangiz in Logronio et in Marangon. Redemiro Sangiz frater eius in Punicastro. Don Roderico in Lerin et in Larraga. Martin /de) de Lehet in Unse et in Petralta. Petrus Guerra in Sancta Cara. Iordan in Uxua. Roderico Auarca in Funes/. Ego enim Sancius, sub iussione domni mei regis, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [*signo*] feci.

72

1139, junio

PEDRO EXEMEN Y ATÓN FORTUÑONES VENDEN A PEDRO REMON, SEÑOR DE ESTADA, Y SU MUJER, BERTA, LA MITAD DE SUS HEREDADES DE BARBASTRO.

—AHN, SVict, c. 763, n.º 21, original en minúscula visigótica.

In Dei nomine. Ego Pere Exemen [et] Ato Fertugnones, filios de Exemen Sanz, uobis emtores nostros don Pere Remon s[enior] de Esta/ta et uxor uestra domna Berta, plaquit [nobis] libenti animo, espontanea uoluntate bendimus uobis illa/ medietate de nostra ereditate de Barbastro, de kasus et kasales et uineas et terris et linares et ferragenales sine/ illo molino, sicut ipso dia erat tenente Exemen Sanz nostro patre quando transiuit, per nomine (?) illas Kasas Maiores:/ aben de horiente s[enior] Lope Blasco de Pomar, abent de hoccidente filios de s[enior] Eneco Exemenones de Lazano, [...] et medio/ de illo zellero de la zuda superius et inferius. In precio placibile que inter nos et uos conbenimus, DC solidos dineros uos/ dedistis nos haccepimus, [n]iquil de [isto precio] apud uos emtores nostros non remansit. Teneatis, posideatis, faceatis quod/ uolueritis. [Mini]me credo esse uenturo, et si aliquit homo uel femina qui ista carta uoluerit dirumpere,/ similiter loco mit[to] uobis fidanzas de salbetate de totos hominos sine rege, don Petro Didaz de Artesona/ et don Gillem Bita de P[adulé]. Sunt testes Fertun Date s[enior] de Barbastro, et don Ramon zabalmedina, et don Garcia Remon de Ceresa,/ et don Martin de Costegan, et don Esteban Borges, et don Ramon Enarde./

Fahcta carta ista in mense iunio, era M.ª C.ª LXX.ª III.ª Regnante Ranimirus rex, et comes Barquilonensi/ in Aragon et Superarbi et Ripacurzia. Episcopus Gaufridus in Barbastro. Et Fertun Date s[enior] in Barbastro. Don Pelegrin s[enior] in Alkezar./ Hanc uendicionem fecimus ego Pere Exemen et Ato Fertugnones por eo quia ipsa ereditas erat partim ab ipso s[enior]/ Exemen Sanz in pignus posita, partim pro debitis que ipse facerat pignorata; et pro ipsis soluendis, quia alium de soluere non/ poteramus nec nos nec fratres nostri, fecimus hanc uendicionem cum uoluntate et permissione et consilio fratrum nostro/-rum, ut soluere ipsos debitos in quantum possemus. Et haccepimus in precio DC solidos dineros. In ipsa hora ualabant/ ipsi sexcenti solidi C morabidis bonos. Et sunt testes de hoc necini suprascripti de Barbastro./

Ego Garcia Gision scripsi, hoc signum [*signo*] feci. Ego Pero Exemen hanc cartam laudo et/ confirmo, et de manu mea hoc signum [*signo*] facio. Ego Ato Fertugnones hanc cartam laudo et confirmo/ et de manu mea signum [*signo*] facio.

73

[c. 1137-1141?]¹

JUAN, SU MUJER TODA Y SU HERMANO KALBET VENDEN A DON KALBET, LIMOSNERO (DE SAN VICTORIÁN), UN HUERTO EN SANTA MARÍA (DE ESCORRUÉS).

—AHN, SVict, c. 763, n.º 19 (18), copia de finales del s. XII.

In Dei nomine. Ego Iohannes simul cum uxore mea Tota et fratre meo Kalbet uindimus uobis don Kalbet helemosinario uno orto ad locum ubi [dicitur] ad sancta Maria, in precio placibile quod fuit adpreciatum quod preciauerunt] homines boni, III solidos grossos; per fundus Sancio Blasco, de oriente et de occidente nos ipsi emptores. Et est fidanza de saluetate de totos homines Garcia Fortunnons de illa Costa.

Petrus de Urrun scripsit.

Et abuit despensatum VI panes et III quartas de uino, 1.º spallard de por[co].

74

1146

PEDRO, ABAD DE IRACHE, DA A GUILLERMO GASCÓN DE ESTELLA Y A SU MUJER, MARÍA, LA TIENDA QUE DIÓ AL MONASTERIO DOMINGO BROTER DE ESTELLA, PAGANDO UN CENSO ANUAL.

—Becerro de Irache, f. 57 v - 58.

De donatione cuiusdam domus in uilla Stellensi.

[I]n nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Hec est carta donatio-/fol. 58 r./nis sine confirmationis quam facio ego Petrus, abbas Yraxensium, cum consilio et auctoritate totius conuentus nostri monasterii, tibi Guillelmo Gascon de Stella et uxori tue Maria, de illa nostra tenda quam dedit Beate Marie Yraxensi Dominicus Broter de Stella in obitu mortis sue pro remedio anime suo monacho nomine Petro, quem recipimus in monasterium coram probis hominibus de Stella, ut habeas et possideas eam in omni uita tua, tu et omnis posteritas tua post te, absque uoce mala alicuius hominis, tali modo, ut per unumquemque annum reddas censum III morabatino nostro clauigero in die beate Assumptionis Marie. Et si aliquam necessitate compulsus eam uendere aut in pignus mittere uolueris, non sit tibi licitum nisi prius indices abbati atque omnibus senioribus; et quisquis eam tenuerit, hunc censum quem supra nominauimus fideliter reddat; et si reddere recusauerit, habebimus licitum accipiendi nostrum honorem. Si quis autem hoc nostrum factum dirumpere uoluerit, iram Dei incurrat nisi legitime emendauerit. Testes huius rei sunt de Stella: P(etrus) Lombard, Ramont d'Arquinartz, Arnalt Bufon, don Garcia de Sancto Martino, Eximius prior maior, Stephanus helemosinarius, Fortunius sacrista, et omnis conuentus Yraxensis.

Regnante rege in Nauarra G(arcia), episcopo Lupo in Pampilona, Roderico in Stella. Facta carta era M.º C.º LXXX.º III.º

¹ Fecha aproximada calculada a base de los nombres de persona que aparecen en la escritura, especialmente los del limosnero Kalbet y el escriba Pedro de Urrun. (Cfr. AHN, SVict., c. 763, núm. 19, doc. 4.)

75

1148, enero. ZARAGOZA

FORTÚN GALINZ, "CASTELLANO", VENDE A LA MILICIA DEL TEMPLE
UNA CASA EN HUESCA, JUNTO AL "COLELLO".

—AHN, Cód. 499, fol. 42 v.º, n.º 200.

[I]n Christi nomine. Hec est carta venditionis quam facio ego Fortunius Galinz, castellano, filio de senior Galin, et fratres de Templum Domini de Iherusalem pre-nominatos. Illos erant in presente dompno Freuel magister, et don Arnal de Stopangan, et don Petro Iohannes, et don Remon de Castel Nouo. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate, et vendo uobis unas casas in Oscha, ad illo Collello, qui fuerunt de meo patre don Galin Iohannes et de meo thione Fortunio Iohannes, cui sit requies. Habent in oriente affrontationes casas de Ennecho Petrez, de occidente via publica, de meridie casas de illa mulier de Pere de Lizano, de septentrione via publica et casas de Spaniol de presbitero. Et illo precio quantum conuenimus inter me et uos atque complacuit, scilicet L. morabetinos bonos melechis et meris et CCC. solidos denariorum monete Jaccensis de IIII^{or} denariis, quos in manu accepi, apud uos seniores nichil inde remansit. Dono uobis fidanzas de salutate de uestras casas secundum usum terre, Alaman de Luna et Lupo de Albero, filio senior Lope Fortunions. Ut habeatis et possideatis vos seniores et fratres de Templo Domini has predictas casas saluas et ingenuas, liberas et franchas, securas, et quietas ad uestram propriam hereditatem, per facere inde tota uestra voluntate per secula cuncta, amen. Sunt testes et auditores et visores de hoc supradicto don Garcia, Garcez de Oscha, et Guillelmus Becharre, Pere Pictaui, et don Girad Pellit, et Pere filio eius, et Remon filio Fortz Sanz de Iacha.

Facta est ista carta era M.º C.º LXXX.º VI.º, mense ianuario, anno quando obsederunt hostes de Genua cum domno nostro comite ciuitatem que uocatur Almaria et fuit capta per gladium. Ferriz senior in Oscha. Sancio Sangiz zaualmedina. Sancio Dat merino. Sancio Fortunions iusticia. Episcopus Dodo in Oscha et Iacha atque in Barbastro. Galin Ximinons in Alchaja. Don Gomez in Ayerb. Fortun Dat in Barbastro.

Ego Arnaldus hanc cartam scripsi quod et de manu mea hoc signum [signo].

Et ego Albira uxor de Forten Galinz castellano, simul cum filios nostros hanc cartam suprascriptam laudamus et affirmamus et atorgamus. Facta carta de isto atorgamento de la donna cum spon. filios in Saragoza, que non erat illa in Oscha quando suprascriptionis fuit scriptam. Et sunt testes, visores et auditores don Balchet et Arbet de Valencia et Monnio Galleco et Usset, et Iohanqes scriptor qui istos duos regalo scripsit.

76

[1149] ¹

ORTI COMPRA A PEDRO DE ALBERITE UNA PIEZA DE TIERRA EN SOR-
BANEL.

—AHN, Cód. 691, f. 62 v.

In Christi nomine. Ego Orti comparaui una peza de Pere de Alberit et de uxor eius, per II. morabetina, uno marin et alto melechin, et sua alia. Et est ista

¹ Fecha de otro documento referente al mismo Orti y copiado delante de éste.

peza in Sorbanel, de una parte iacet illo orto de Pere de Alberit, et de alia parte est illo orto de Zalema Almalon. Et est fide de saluetat ex omnibus hominibus ad forum terre, Paschal de Falces. Sunt testes Didaco el patre, Iohan filius de Iohan Ferrer, Garcia de Sanz Porc.

77

1151

SANZ VAQUERO VENDE A LA MILICIA DEL TEMPLE UNA PIEZA DE TIERRA EN RAZAZOL.

—AHN, Cód. 691, f. 71 r.

In Dei nomine. Comparauerunt fratribus Militie Templi magister Rigalt Uiger et frater Richard et alii fratribus tam presentes quam futuros una peza in Razazol de Sanz Bachero et de uxor eius Maria et de filiis et filias eius. Et est illa peza qui fuit de Petro Estephan, de una parte est illa peza qui fuit de Remon Sanz tixedor, et de alia parte est de Uitores, et ex alia parte est de don Caluet Zarauannara, et ex alia parte est illa uia qui uadit ad Saracuzza. Et dederunt fratribus ibi precio placibile ad Sanz Bachero V. morabetins II. marinos et II. aiars et I. merchant. Et sunt fidanzas de saluetat ad forum terre Martin de Pratella, et Iohan de Ablitas. Sunt testes qui hoc uiderunt et audierunt Iohan Remon de Galur, Apparicio, Martin Albonarez, Iohan de Iohan Tarcez, Remon Gascon. Et est paccat Sanz Bachero de auere et de sua aliala.

Facta carta illo anno quo comes diuisit Lerida, era M.° C.° LXXX.° IX.°

78

1155, septiembre

LA MILICIA DEL TEMPLE COMPRA A RAMÓN PERE Y SU MUJER, GILBERGA, TODA SU HEREDAD DE NOVALLAS.

—AHN, Cód. 691, f. 35 v.

In Dei nomine. Comparauerunt fratribus Templi magister Friuolus una cum fratribus suis in Nouellas tota illa hereditate de Remon Pere et de uxor eius Gilberga et de filiis et filias suis. Sic comparauerunt fratribus illa hereditate totum ab integro, casas, terras, uineas, arbores, heremum et populatum, totum quantum ad illis pertinet uel pertinere debet, francum et ingenuum sine mala uoce, per precium placibile XXX.° et III.° morabetinos aiars et maris et loppis, et II. solidos, et fuerunt paccati de auer et de aliala Remon Pere et uxor eius et filiis. Et est fide saluitatis ex omnibus hominibus ad forum terre, Domingo de Feba. Sunt testes, uisores, auditores hoc supra scripto, Iohan de Ablitas, Don Apparicio, Gillermus Alvernaz, Remon Gascon, Johannes de los Pastores.

Facta carta mense september, era M.° C.° LXXX.° III.°

Ferrarius scripsit et hoc signum [signo] fecit.

79

1155

BERENGUER DE BARELLAS VENDE A LA MILICIA DEL TEMPLE SU HEREDAD DE BRUÑÉN.

—AHN, Cód. 691, f. 57 v.

In Christi nomine. Ego don Belenguer de Barellas uendo una hereditate in Brugnen qui fuit de Ciprian, ad uos magister Freuol de Nouellas et ad aliis fratribus tam presentibus quam futuris, Sic uendo illa hereditate ad fratibus Templi, herema et populata, per precio placibile XVIII. morabetins. XII. lopis et VII. merchantas. Aliala paccata et de precio nichil remansit. Et est fide salutatis ex omnibus nominibus ad forum terre, don Albaro filio de Gassion de Belforat. Sunt testes qui uiderunt et audierunt, don Apparicio, Petro Sunz de Magalon, Perrot de Frescan, don Paschual de Brugnen, don Gomiz Godin.

Facta carta in manu magister Freuol et frater Arnalt de Stopagnan, era M. C. LXXX. III.

80

1155

LA MILICIA DEL TEMPLE COMPRA UNA PIEZA DE TIERRA A CRISTINA Y SUS HIJAS.

—AHN, Cód. 691, f. 35 v - 36 r.

In Dei nomine. Comparauerunt fratribus Templi magister Friuolus una cum ceteris fratribus suis una peza de terra de Christina, mulier qui fuit de Rey Tafur, et de quatuor filias suas, et dederunt ibi precio placibile IIII. morabeinos, II. lopis et II. maris, et II. solidos de dinera, et de precio nichil remansit. Et est illa peza iuxta illa peza de fratribus que fuit de Iohan Taloca. Et est fide salutatis ex omnibus hominibus ad forum terre sine mala uoce Domingo Stephanu. Sunt testes, niores, auditores hoc suprascripto Raza, Arnalt y Ponz, Iohan de Madona.

Era M. C. LXXX. III.

81

1158, diciembre

RAMÓN Y SU MUJER PONCIA ENTREGAN A CALBETÓN Y SU MUJER, ALEMBORG; UNA VIÑA JUNTO AL RÍO ARACÓN Y UNA CASA EN PRENDA DE CINCUENTA MORABETINOS.

—AHN, Cód. 834, f. 2 v. - l. v.

Misit in pignus Ramon, frater Bernard Ros, et uxor eius Poncia ad don Calbeton et donna Alemborg uxorem suam, una uinea in Aragone, inter ambas aquas nominata illa que fuit de don Gillem de Iacha, ab integro, per XXX. morabatins melechinos et marinos et marrochinos. Et illa casa ubi stt Raimundus que est de Acenar Necons et de Fe de Astoriso, per XX. morbatins melechinos et marinos. et

marrochinos. Similiter in pignus est terminus de illa uinea de ginero ad ginerum ad III. annos et de illa casa qualem illis dederint suos morabatinos. Et sundt ffirmes de ista pignora et de isto auere et de ista conuenientis Bernard Ros et Arnald frater eius. Et clamant sequitios Ramon et Calbeton de totas compaginas et de totos clamos qui habuerunt usque ad hunc diem, scilicet mense decembrio die sancte Leocadie uirginis. Et si ad primas uindemias reddiderint Raimundus et uxor eius Poncia illos XXX.^a morabatinos ad don Calbeton, recuperent suam uineam cum fructu, reddendas suas laboratas trasacto anno uno de ginero ad ginerum. Et si donat Raimundus illos .X. morabatinos ad Calbeton usque ad exita de ginero, recuperet Iofred de Oscha illam terciam partem de illa uinea, et si non de fructu ad fructum. Sunt testes uisores et auditores de hoc Poncius Andreas, Galician filius Brun, Gillem Galisc, Ozbert, Gillem Mata, Garcia Martin, Donatus de Francescans, Gillem filius Ioias, Petrus Miro scriptor, Garcia de Cireso merino, Ponz filius Banz Fortungnons, Nicholaus.

Facta carta era .M.^a C.^a LXXXX.^a VI.^a, mense decembrio.

82

1158

LA MILICIA DEL TEMPLE COMPRA A ORIA DE COSIN UNA PIEZA DE TIERRA EN CABAÑAS.

—AHN, Cód. 691, f. 39 r

Similiter fratribus Militie Templi comparauerunt una peza de terra en Capannas, frater Garcia de Luna, et frater Gillem, et aliiis fratribus de Nouellas, de don Oria de Cosin et de filiis et filiabus suis. Et est illa peza iuxta illa nia qui uadit de Capannas ad Mallen, et ex alia parte est illa metipsa peza de fratribus, et ex alia parte est de don Apparicio. Sic comparauerunt fratribus illa peza sicut est terminata et signata ante et retro, per precio placibile .III. morabetins lopic, aliala paccata, et de precio nichil remansit. Et est fide salunitatis ex omnibus hominibus ad forum terre, Remon Gascon. Sunt testes, uisores, auditores huius rey, don Apparicio, Lambert, Petro Madona.

Facta carta era M.^a C.^a LXXXX.^a VI.^a

83

[1158]¹

LA MILICIA DEL TEMPLE COMPRA A DON VÍCTOR (DE RAZAZOL) Y SU MUJER, SANCHÁ, UNA PIEZA DE TIERRA EN VILLEL.

—AHN, Cód. 691, f. 71 v.

In Christi nomine. Comparauerunt fratribus Templi una peza de terra de don Vitor et de uxor eius Sania et de suos filios de Sania. Et est illa peza in Billel, iuxta illa peza de metipsis fratribus. Sic comparauerunt fratribus illa peza sicut

¹ Es la fecha de otra venta del mismo Víctor a los Templarios, y cuya escritura está copiada en el Cartulario a continuación de ésta.

est terminata et signata sine mala uoce, de Vitor et de uxor eius Sania et de suos filios de Sania, per precio placibile .I. morabeti marin et XII. diners. Et est fide salutatis ex omnibus hominibus ad forum terre Arnalt Ponz. Sunt testes, uisores, auditores huius rey, don Apparicio, Pere Bernarde, Ioham de Ablitas.

84

1160, septiembre

DON "DEUS AYUDA" Y SU MUJER DOÑA JORDANA, HIJA DE DON GÓMEZ, VENDEN A LA MILICIA DEL TEMPLE TODA SU HEREDAD DE HUESCA Y DE LORET.

—AHN, Cód. 499, fol. 18 r.º, n.º 84.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Hec est carta venditionis quam facio ego don Deus Aiuda et uxor mea dompna Jordana, filia de don Gomiz, vobis R(aimundo) de Castro Nouo seruus Dei et domus milicie Templi et omnibus fratribus uestris. Placuit nobis libenti animo et spontanea voluntate, vendimus et concedimus uobis totam illam nostram hereditatem quam habemus in urbe Osca et in uilla que vocatur Loret, intus et foris, casas, terras, vineas, ortos, directis, et omnia quecumque ibi habemus uel habere debemus, cum aquis et pascuis, sicut nos ibi pertinet uel pertinere debet ab integro, sine toto retinimento (*una cruz*). In precio placibile quam placuit inter nos et uos, scilicet precium .C. marehidins aiars bonos et lopines de peso et de lei, quos semper de presente in manu eos accepimus, et coram uobis nichil inde remansit. Ut habeat illam et possideat domum milicie Templi et uniuersis fratribus tam presentibus quam futuris ad propriam hereditatem per infinita secula seculorum, amen. Damus etiam uobis fidanza de saluete ex totos homines uel feminas, don Michael Pedriz filius don Pedro Moniiz, don Ennec Pedriz de Lisa. Sunt testes don Lop de Lauata, et don Aletret de Abiego et de Calasaz, et Enneco Garcez merin et zalmedena de Osca, don Sancio de Borga.

Facta carta ista in mense september, era .M.ª C.ª LXXXX.ª VIII.ª

Ego Garcia mandato horum vendorum hanc cartam scripsi [*signo*].

Extra duos ortos, ipso uno in Almiriz et alio ab ipso ferrigenal de don Ferris, que dedimus pro anima de don Gomiz cui sit requiem, vobis et domus Templi. Aliala .XX. solidos.

85

1161, febrero. HUESCA

DOÑA MALLADA, HIJA DE SENIOR IÑIGO FORTUÑONS DE ANIÉS, VENDE A LA MILICIA DEL TEMPLE SU HEREDAD DE HUESCA Y DE LA VILLA DE LORET.

—AHN, Cód. 499, fol. 18 r.º, n.º 85.

In Christi nomine. Hec est carta venditionis quam facio ego dompna Mallata filia senior Enec Fortnions de Anies, una cum consilio et voluntate don Guillem Açnariz uiro meo, ad uos R(aismundus) de Castel Nou et Robertus, seruus Dei et domus milicie Templi, et ab omnibus fratribus predicto domo. Placuit mihi libenti

animo et spontanea voluntate, vendo vobis totam meam illam hereditatem quam habeo in ciuita[te] Osce et in uilla que uocatur Lorete et in terminis eorum, casas, terras, vineas, ortos, cum aquis et pascuis ab integro, sine ullo retinimento, scilicet precium .C. XXX. morabidins aiars et lupinos bonos quos in manu semper accepi, et coram uobis nichil remansit. Ut habeatis illam saluam, liberam et ingenuam uos et domus Templi et omnibus successoribus uestris tam presentibus et futuris, ad propriam hereditatem per secula cuncta.

An sicut contingit mihi inter fratres et heredes meos, et dono inde uobis fidanzas de saluete, don Michael Pedriz filius dompna Iordana, et don Arpa, ex totos homines uel feminas quicquid ratione uobis nec uestris eiecisset uel aliam talem uobis mitant per fur de terra. Fuerunt ibi testimonias. don Galin Garces iusticia, don Spangnol de Prenetus, don Xemen Garcez de Astaun.

Et fuit ista carta facta in Osca, in mense febrer, era .M.^a C.^a LXXXIX.^a

Aliala .XX. solidos.

86

1161, mayo

LA MILICIA DEL TEMPLO COMPRA A PERONELLA, HERMANA DE DON FORTZ, CAPELLÁN, UNAS CASAS EN HUESCA.

—AHN, Cód. 499, fol. 30 r.^o, n.^o 146.

Comparauit don R(aimundus) de Castel Nou et frater Robertus, ad honorem Deo et utilitatem domi Templi, unas casas in Osca, de Peronella, girmana de don Fortz capellan, per .CC. X. solidos moneta de Iacca de quatuor *denarios*, quos semper accepit illos in manu, et nichil de isto precio remansit. Et habet affrontationes, de oriente casa de don Blasco maioridomi comitis, et in occidente illa carrera que exit ad ipsa carrera maior, et in meridie casas don Enneco Garcez merino, et in aquilone casas de senioribus uel fratribus Templi. Sic comparauerunt illas casas predictas francas, liberas et securas de terra us[que] ad celum ab integro, ut habeat illas domus Templi ad propriam hereditatem per secula cuncta. Et acceperunt de illa fidancias saluete ex omnibus hominibus. Bonet de Roda frater eius, et P(etrus) de Ramio. Sunt testes Martin Auerracin, et P(etrus) de Burgus, Steuen Cap Petit, et Berenger uinater.

Facta carta in mense madii era .M.^a C.^a LXXXIX.^a IX.^a

Ego Garcia scripsi. Aliala .VIII. solidos.

87

[1149-1161], septiembre

GARCIA DE LALENA Y SU MUJER, MARIA, Y PEDRO MARTÍN Y SU MUJER, ELENA, VENDEN A BERNARDO DE PUIGVERT UNA TIERRA EN LA CUARRES, EN EL LUGAR DE PUIGVERT.

—ACL, Roda.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego Garcia de Lalena cum uxor mea Maria, et ego Pere Martin et uxor mea Helena, facimus uobis cartam de uno campo de terra, uobis domno Bernad de Puio Uerd. Et est ipsa terra in termino

Laquarres, in loco ubi dicitur a Puio Uerd, per capud ipsas chasas de uestros homines de Puio Uerd, de oriente uos metipso comparatores, de occidente uia publica, de aquilone uos metipso comparatores. Et ego Bernad de Puio Uerd dedi in ipsa terra precio placibile .X. sólidos grossos optimos et .III.^{or} argenceos, et per ipsa carta .III. solidos de diners, et nichil de ipso precio apud uos uenditore non remansit. Et est manifestum quod si ego Garcia aut Pere Martin aut uxores nostras aut filiis nostris uel filias aut propinquis nostris aut uullus homo uel femina qui ista terram inquietare uoluerit, in duplo componat, et ista carta stabilis et firma permaneat.

Facta ista carta in mense septembrio, anno regnante Raimundus Belengarius comite Barchinona et princeps Aragon, et marchio Tortose et Ylerdey. Signum ego Garcia et Pere Martin qui ista carta mandauit scribere, et testes firmare. Signum Martin Solan. Signum Pere saion, hi sunt testes. Bonet Mir de Astaran et Martin de Astaran frater loruit sunt fidanzas de ipsa terra de saluetate a dono Bernad de Puio Uerd et uestra mulier domna Sanca.

Raimundus abbas sancti Martini ista carta scripsit et hoc signum [signo] fecit.

88

[1138-1162], enero 7

ARNAL DE BALASANZ Y SU MUJER, BARTOLOMEA, PEDRO ARNAL DE BALASANZ Y RAMÓN MIR DE TRASPUEYO Y SU MUJER, ERMENGANDA, VENDEN A JUAN RAMÓN Y SU MUJER, BONASIAS, UNA TIERRA EN CASTRO GUDEL.

—ACL, Roda.

In Dei nomine. Ego Arnall de Balasanz et uxor mea Bertholomea, et ego Pere Arnal de Balasanz, et ego Ramonn Mir de Traspuyo et uxor mea Ermengarde, uobis emptores nostros Ioham Ramon et uxor uestra Bonassias, vindimus uobis nos supra nominati una terra in kastro Gudel, in loco ubi dicitur ad Coma Pregonna; et habet afrontaciones de oriente Gal[in] dels Collels, de occidente torrente. Et uos dedistis nobis in precio placibile .VIII. solidos grossos et .III. argenza, et de ipso precio apud uos non remansit. Et est manifestum u(?) in Dei nomine firmam abeatis potestatem ad uestra propria uoluntate facere.

Facta ista carta .VII. idus ianuarii anno regnante comite Barchinonensi. Signum nos supra nominati qui hanc cartam rogauimus scribere et testes firmare. Signum Pere Ferraz de Armenter. Signum Martin de Agilar filio Sanga. Isti testes.

Ferraz fuit rogatus et scripsit et fecit hoc sig[signo]num. Arnall de Balasanz et Ramon Mir de Traspuyo sunt fides ad saluandum.

89

1162

DON PAYAN, SU MUJER, ESMEREA, Y SU CUÑADO CARDEL VENDEN A LA MILICIA DEL TEMPLE UNA PIEZA DE TIERRA EN RAZAZOL.

—AHN, Cód. 691, f. 63 r.

In Christi nomine. Ego don Payan et uxor mea domna Esmerea, et Cardel meo cognato suo iermano de domna Esmerea, uendimus ad fratribus Templi Salomonis

duas pezas de terra in Razazol. Et tenet illa una peza de illa cequia usque ad illa turre. Et est illa alia peza in illos lineares. Sic comparauerunt fratribus Templi per nomen frater Lop de Sada comendator de Nouellis, et frater Daniel, per comendament de frater Petro Tizon magister de Nouellas, illas duas pezas de don Paian et de uxor eius Emerea et de Cardel, frateas et ingenuas sine mala uoce, sicut sunt terminatas et signatas, intrata et exita, per precio placibile .XV. morabetins bons lopis et de peso, et sunt paccati de precio et de aliala. Et est fide saluitatis ex omnibus hominibus ad forum terre Sanz Fertug[os]ns de Tidon. Tali conuenio ut faciant ista uendita a toreare don Payan et uxor eius et Cardel ad donna Iordana sua socra de don Payan et mater de Cardel et de dona Emerea. Sunt testes, uisures, auditores de ista compara supra scripta Pelsio de Galur, Sanz Bacher, Vitorea, Petro Alfonso.

Facta carta era M.^o CC.^o Regnante rex Adefonsus in Aragone et in Barchinona et in Ripacurcia et Superarbi. Episcopus Petrus in Cesaraugusta. Episcopus M(artirius) in Tirassona. Blascho Mazz dominator in Borga. Hoc fuit factum anno quando rex Aragon et rex Nauarra fecerunt pacem per XIII. annos.

Ego Iohannes hanc cartam scripsi p[ro] iussione frater Lop comendator et de manu mea hoc signum [signo] feci.

90

1170, febrero 2: SAN VICTORIAN.

GALIN ENNECONS DE LOS MOLINOS, SU HERMANA Y SUS HIJOS VENDEN A PEDRO, "CELLARARIO" DE SAN VICTORIÁN, UNAS SUERTES EN EL CAÑAMAR DE "FRAXENOSA".

—AHN, SVict, c. 764, n.^o 17, original.

In Christi nomine. Ego Galin Ennegons de illos Molinos, cum Tota que est germana mea, in sorte ista facimus / cartam uendicionis ad uos don Petro cellerario, de duabus so[r]tibus que sunt in illo cannamar de Fra-xenosa, ut abeat illas sanctus Victorianus quietas et securas per secula cuncta. Et uos datis nobis placibile / precium quod preciatum fuit a preciatoribus, duos solidos grossos in pane et diners, et ex ipso precio apud / nos non remansit. Et nos primum uoluimus uendere germanis nostris et noluerunt comparare, et postea sic uen- / dimus uobis. Et est fidanza de saluetate contra totos homines, Iohan filius de Ennego Galinz. Et sunt testimonia / Dominicus, filius de Fortunio Atons, et Dominicus, filius de Raimon Galich. Eodem modo ego Iohans, filius Ennego / Galinz, et Sancius et Maria qui sunt fratres mei, uendimus a supradicto cellerario qualem partem ex patre / nostro Ennego Galinz abere debemus in supradictis cannamaribus de Fraxenosa, in tali conditione, ut poste- / ritas nostra amplius non requirat nec inquietet. Et ipse dedit nobis precium quod preciatum fuit, III.^{or} solidos grossos, / et de isto precio apud cum non remansit. Et est fidanza de saluetate contra totos homines, Galin Ennegons de illos / Molinos. Et sunt testimonia Kaluet de Sancto Polo et Dominicus, filius de Fortunio Atons. /

Facta carta era .M.^a CC.^a VIII.^a die Purificationis sancte Marie, in porticum sancti Victoriani, in presentia / uicinatorum. Regnante Ildefonso rege secundo in Aragone, et in Barchinona. Martino abbate in sancto Victori/ano.

Numismática navarro-aragonesa medieval

Ego Galin Ennegons [signo hanc cartam et] facio hoc / signum [signo]. Et ego Tota facio signum [signo]. / Ego Iohans filius de Ennego Galinz signo hanc cartam [signo]. Ego Sancius, frater Iohannis, facio signum [signo]. / Ego Maria soror eorum signo hanc cartam [signo]. /

Facta aliala ad ista carta duos q[ua]r[tales] de pane et libra casei et galleta uini. /

Guillermus Cornutellensis scripsit et hoc signum [signo] fecit.

91

1171, mayo

ARNALDÓN, YERNO DE JUAN CAPOS, Y SUS HIJOS VENDEN A LA MILICIA DEL TEMPLE UN HUERTO EN HUESCA, JUNTO A LA PUERTA DE ALQUIBLA.

—AHN, Cód. 499, fol. 37 v.º, n.º 181.

[I]n Dei nomine et eius gratia. Hec est carta venditionis quam facio ego Arnaldon gendre Iohan Capos, una cum filiis meis G(?), Gili et Dominico, uobis frater R[aimund]us de Ceruera et frater Bernard del Castel et frater Albert clauiger. Placuit nobis libenti animo et spontanea voluntate et vendimus uobis illo nostro orto quod habemus in Osca, ad illa porta de Alquibla; et habet affrontationes in oriente era de don Marco, et in occidente et in meridie et in septemtrione carreras publicas. Sicut iste affrontationes includunt ex utraque parte in circuito, ita vendimus atque concedimus uobis isto orto saluo, libero atque ingenuo cum exiis et / regressiis eius, francum, liberum atque ingenuum, in presentia bonorum hominum sine toto retinimento. In tali precio quod inter nos bene complacuit, scilicet CC. solidos monete Iachense de .IIII. denarios, quos semper in manu illos accepimus, et apud uos nichil inde remansit. Ut habeatis et possideatis illum ad propriam hereditatem vos et omnes fratres domum milicie Templi presentibus atque futuris, per secula cuncta. Et damus etiam uobis fidanzas de saluetate de isto orto secundum usum terre, don Robi zapater, et Arnal carnicer, marit de domna Tota. Sunt testes Iohan Auerrazin, et Iohannes filius eius, Arnal Pelicer filius Uidal.

Facta carta in mense madii era .M.ª CC.ª IX.ª Aliala .V. solidos.

Ego Garcia vidi et audiui et scripsi.

92

1173.

GENZOR, MUJER DE VICENTE DE ARAOST, ENTREGA AL ABAD MARTÍN Y A LOS MONJES DE SAN VICTORIÁN UNA VIÑA EN EXAVERRI COMO PRENDA DE CIERTA CANTIDAD EN DINERO Y EN ESPECIE.

—AHN, SVict, c. 765, n.º 2, (A)

—AHN, SVict, c. 765, n.º 3, (B)

In nomine Domini. Ego Genzor, uxor Uincencii de Araost, cum consensu filii mei Petri et filie mee Marie, mitto in uadimonium unam / meam uineam¹ que est

¹ Unam meam uineam] uineam unam B.

in Exquerri in illo Mollar, per fundus ripus, per caput sanctus Victorianus et Baiet de Araost. Hanc uineam² mitto in pignus³ Deo et sancte Marie et sancto Victoriano et Martino abbati, Petro cellarario et monachis ibi Deo seruientibus; et illi mutuant mihi⁴ . C. solidos nummorum⁵ bone monete de III. or denariis⁶, et . V.º kaficia tricitu⁷ et . VII. quartals ad mensuram de Aipse⁸. Et hoc facio⁹ / pro magna necessitate debiti quod querebant mihi et uiro meo domini de Araost. Et hoc facio¹⁰ tali modo, ut teneatis illam per septem¹¹ / annos sano fructu, et transactis¹² septem¹¹ annis, si¹³ ego aut filii mei soluerimus pignus, scilicet pecuniam suprascriptam in kalendis ianu-/arii, recuperemus uineam nostram. Si autem possideatur a uobis donec pecunia iam dicta persoluatur a nobis. Et si moneta minoris precii fuerit tunc / quam nunc est¹⁴, soluamus . L.º solidos de Morllans obtime monete et V.º kaficia et . VII. quartals tricitu ad mensuram de Ainsa¹⁵. Et in hoc uadimonio mittimus medi-/statam de biminariis sicut diuiduntur a uallo inter utrasque uineas. Tamen si euerit quod ego aut filii mei supradicti, scilicet Petrus et Maria, / non extraxerimus sepe dictam uineam de pigno/te in diebus nostris, remaneat per secula cuncta Deo et gloriose Uirgine Marie et monasterio beatissimi Victoriani, / abbati et monachis presentibus et futuris. pro salute animarum nostrarum omniumque parentum nostrorum presentium, preteritorum siue futurorum¹⁶ /.

Ego Genzor simul cum filiis meis omnibus hanc cartam ludo et confirmo et hoc signum [signo] facio,¹⁷ S(ignum) [signo] Petri filii eius. S(ignum) [signo] Marie filie / eius.¹⁸ S(ignum) [signo] filie eius Marthe.¹⁹ Testes huius rei sunt²⁰ Bolca de Ainsa²¹ et Poncius Richer gener eius, et Raimundus de Cardona. Fideiussores huius rei / est Galindo Aculler de Ainsa contra omnes remouentes. [Signo] Boneta. [Signo] Garcia filii eius. [Signo] Portolesa filie eius/.

Facta carta²² era . M.º CC.º XI.º

Petrus sancti Benedicti, cellarius monasterii sancti Victoriani, precibus supradictorum hanc cartam scripsit et hoc s(ignum) [signo] fecit.²³

² Uineam *omn* B.

³ In pignus] in uadimonium B.

⁴ Illi mutuant mihi] mutuant mihi illi B.

⁵ Centum solidos nummorum B.

⁶ Bone monete de III. or denariis] *omn* B.

⁷ Quique kafizs B.

⁸ Ad mensuram Aisse/ B.

⁹ Facio hoc B.

¹⁰ Et hoc facio]. Et est hoc B.

¹¹ VII B.

¹² Transactum B.

¹³ Si/ B.

¹⁴ Pro triginta numis laocensium *add* B.

¹⁵ Lº solidos... de Ainsa] *omn* B.

¹⁶ Tamen si euerit... futurorum] *omn* B. Et hec uinea Deo et sancte Marie et sancto Victoriano et Martino abbati monachisque uadimonio tradita promittimus et firmamus quod neque alicui uendamus uel impigemus nisi uobis ulterius et non (?) hanc usui nostro tenere uoluimus *add.* B.

¹⁷ Ego Genzor... facio]. Signum [signo] Genzor. B.

¹⁸ Signum Petri filii eius [signo]. Signum Marie filie eius [signo]. B.

¹⁹ S(ignum)... Marthe]. *omn.* B.

²⁰ Huius rei sunt] *omn* B.

²¹ Ainsa B.

²² Fideiussores... Facta carta] *omn* B.

²³ Petrus sancti... fecit] *omn* B. Signum [signo]. Marthe filie eius. *add.* B.

93

1175, enero. AINSA

BONET DE SANTO ANSEL Y SU HERMANO ROMEO VENDEN A CARDEL
UNA TIERRA EN EL LUGAR DE "LA MOLLIA", EN AINSA.

—AHN, SVict, c. 765, n.º 4

In Christi nomine. Ego Bonetus sancti Anseli et fratri meo Romeo et uxor mea Maria uindimus tibi Cardello una terra in locho ubi dicitur ipsa Mollia. Abet afrontationes, de oriente ipsemet Bonet, de occidente Cardel, de aquilone Iohannes sancti Jacobi, de meridie cecilia uetula. Sicut predictae frontationes includunt et diuidunt, sic uendimus tibi per precium quos conuenimus inter nos et tibi .XV. solidos laecensis monete de III. bus denariis, quos semper in manu nobis dedisti. Et de ipso precio apud te nichil remansit. Et est fide de salute secundu[m] more[m] terre Bonet de illo Betato. Signum [signo] ego Bonetus et Romeo qui hanc cartam rogauimus scribere et testes firmare. Et nullus homo qui ista uendicionem inquietare uoluerit, in dechuplum componat et cum Datan et Abiron partem semper accipiat. Amen.

Facta charta apud Ainsam mense ianuarii era .M.º CC.º XIII.º

Sunt testes Petrus filius Burse, Garsias de illo Chollo, Fortunius subdiachonus Aisse. Aliala .XVIII. denarios.

Ego Iohannes sacerdos Aisse rogatus scripsi.

94

1175, abril [24]

"DANNORIA" DE OLBENA DONA AL MONASTERIO DE SAN VICTORIAN
TODAS SUS POSESIONES DE BARBASTRO.

—AHN, SVict, c. 765, n.º 5, copia en letra de finales del s. XII.

In Christi nomine. Ego Dannoria de Olbena, cum consensu et uoluntate mariti mei Assallit de Castro, pro remissione omnium peccatorum meorum et pro animabus patris mei senioris Lop Sanz de Gradus et de Olbena, et matris mei et omnium parentum eorum uiuorum et mortuorum, offero et dono me ipsam Deo et cenobio sancte Marie et sancti Victoriani, et do, tribuo, dono et concedo eidem monasterio et monachis ibi Deo seruientibus presentibus et futuris, hoc totum omnino quod habeo et habere debeo in ciuitate Barbastro et in omnibus terminis eius cum omnibus suis pertinentiis ab integro absque ulla exceptione. Et Martinus abbas et monachi sancti Victoriani in presenti tra[h]unt mihi unam uineam de pignore in termino de Barbastro, et est de ista hereditate in locho ubi ietur ad Alchannetho, et iacet per .XL.º morabetinos. Et hoc in tali conuencione, ut ego traham totum hoc quod habeo in Barbastro et in omnibus terminis eius de pignore, et ego et don Assallit maritus meus in diebus nostris teneamus hoc totum quod in Barbastro et in terminis eius sancto Victoriano damus, omnibus diebus nostris per manum abbatis et omnium monachorum eiusdem [sancti Vi]ctoriani, et non habeamus potestatem alicui homini aut alicui locho aliquid de hac donacione uendendi, dandi, impignandi aut alienandi

aliquid ullo modo, et post dies nostros integra, secura, sine ulla dimi[nu]cione et mala uoce et sine ullo impedimento remaneat sancto Uictoriano per secula cuncta.

Insuper etiam addo, dono, tribuo et concedo perscripto monasterio et omnibus monachis ibi Deo seruiantibus et seruituris presentibus et futuris, similiter cum consensu et uoluntate prescripti domni Assallith mariti mei, in presenti et amodo semper possidendum, habendum et tenendum omnem meam hereditatem integre et absque ulla exceptione et diminutione, quam habeo et habere debeo in uilla Gradus et in omnibus terminis eius cum omnibus suis pertinenciis hab integro, ut monachi qui in predicta sancti Uictoriani ecclesia Deo seruiunt et seruituri sunt, presentes uidelicet et futuri, possideant, et habeant illam integram, quietam, securam, liberam, ingenuam, francham, sine ulla diminutione et mala uoce per secula cuncta. Et hanc donationes facio in tali conuencione, et nulli secularium liceat eam ullo modo unquam eam tenere uel habere, sed semper quod ex ea monachi sancti Uictoriani habere potuerint, habeant inde semper in uictum et uestitum. Et sunt testes de hoc sicut superius scriptum est, Petrus de Oz et Michaellem filius Ucconis.

Facta carta in mense aprili, in quarta ebdomada, in die iouis. Regnante Yldephonso rege Arachonensium et chomite Barchinonensium, era M.^a CC.^a XIII.^a Ego Dannoria hanc cartam laudo et confirmo et meum sig[signo]num de manu mea facio. Ego Assallith de Castro meum sig[signo]num facio. Ego Gilo de Lazellas hanc cartam laudo et confirmo et manu mea meum sig[signo]num facio.

Ego D[ominicus] diachonus, filius Dominici de Alero, hanc cartulam scripsit et hoc sig[signo]num fecit.

95

1178, febrero. [ESTELLA]

PEDRO DE ELGROIN Y SU MUJER, CECILIA, COMPRAN UN YERMO SITO EN BEARIN A LOPE NAVARRO Y SU YERNO ELÍAS.

—AGN, Comptos, caj. 1, n.^o 43.

[Crisión] In Christi nomine, amen. Hec est carta de illo heremo quam comparavit Petrus d'Elgroin et uxor eius Cecilia de Lop Navarro et de Elías, genero suo, per XV *solidos* de diners monete regis Sancii. Et est isto heremo in termino de Bearin, circa illa peza de Lop Arcez; et de elia parte est illa uinea de Lop Arcez d'Averin, et de alia parte est illa uinea de Bernardus de Morlans, es est prope via unde pergunt a Murugarren. Et sunt fermes de saluete de isto heremo don Pedro de Media Bila, et Fortunio filio eius, per facere bono et franco de totos homines et feminas de hoc seculo, extra rege. Et sunt testes Arnaldus, capellanus de Bearin; et García, frater Fortun d'Arrez; et Petro, filio Lop Navarro; et Bidal, genero Petro d'Elgroin; et Forz, genero Raol Petit.

Regnante rege Sancio in Navarra, Petrus Parisius episcopus in Pampilona, Petro Roiz senior in Stella, Gil de Leorin alcaet, Petro Guillem l'arcalde preposito, Petro don Sampson arcalde, Petro Guillem de Larraga sayot.

Facta carta in mense februario, in era M.^a CC.^a XVI.^a

Iohannes scripsit et hoc signum [signo] posuit.

"AMICHOT" DE COSCOJUELA Y SU MUJER, "ESFERTA", VENDEN A MARTÍN DE ESTADA, LIMOSNERO DE SAN VICTORIÁN, UNA TIERRA EN VIÑEROLA.

—AHN, SVict, c. 765 n.º 9, original.

In Christi nomine. Ego Amic\h/ot de Coscollola, simul cum uxore mea Esper\ta \ et uoluptate et consensu filiorum meorum, uendimus uobis Martino / de Stata, elemosinario sancti Victoriani, una terra ad fundus de Uiniero- / la, per septem solidos grossos et III.^{es} arienzos, sicut fuit preciata / a preciatoribus, et est uerum quod nobis et uobis placuit, et de isto precio / apud uos emptore nichil remansit, sed totum nobis dedistis. Terra / uero supradicta quam nobis uendimus sic terminatur: ab oriente ets uia / publica, a meridie tenent filii de Arnal Mir, ad occidente tenet / Iohan, baile de Coscollola, a parte aquilonari tenet filii de Sango / Scerra. Hanc terram supradictam uendimus uobis Martino de Stata per iam / dictum precium, ut teneatis et possideatis uos et quisquis elemosinarius / fuerit in sancto Victoriano, per secula cuncta absque mala uoce. / Sunt fidanzas de saluetate de supra\dicta terra ex parte de Amic\h/ot/et uxoris eius et filiorum illorum ad don Martin de Stata, domna Agnes / de Coscollola, uxor de don Salvatore, et Dominicus de illa Cort, frater / de ipso Amic\h/ot. Testes uero sunt de ista uendicione et de hanc cartam, / don Galin de illo Palazo et Ramon de Solano.

Facta carta in era / .M.^a CC.^a XVI.^a Regnante Adefonso rege in Aragona, in Barchinona, in Suprarb et in Ripacurcia.

Ego Amichot qui hanc cartam rogau scribere et testibus firmari, hoc / s[ignum] [signo] facio. S[ignum] [signo]. Esperte uxor de Amicot / .

Petrus monachus scripsit et hoc s[ignum] [signo] fecit.

1180, septiembre. [TUDELA]

MIGUEL DE MURILLO Y SU ESPOSA, ESCLARMONDA, VENDEN UNA CASA AL PRIOR FORTÚN Y AL CABILDO DE SANTA MARÍA DE TUDELA.

—ACT, caj. 13, leg. 13, n.º 25.

In Dei nomine. Ego Michael de Murello, ierno Andreas filius Anselmi, et mea mulier Solarmonda, vendimus uobis dompno Fertunio, prioris sancte Marie de Tutela, et canonicis eiusdem ecclesie, unum nostrum casalem, de terra usque ad celum, iuxta illud celerum de sancta Maria, quod fuit de Iorram, et ex alia parte iuxta nostrum casalem, sic quomodo tenet usque ad illos medios pilares: sic uendimus uobis per VIII morabetinos de cruce de bono auro et de piso. Sumus paccati de precio et de aliala. Et damus uobis fidanza de saluetate ad forum Tutele Michael de Berbenzana, filius de Blascho Sanz. Testes sunt Guillem Ferrer, Michael corredor.

Facta carta mense septembris, era M.^a CC.^a XVIII.^a

Petrus scriptor scripsit.

98

1181, abril. [TUDELA]

SANCHÁ, VIUDA DE DON BLASCO E HIJA DE DOÑA GODO, VENDE UNA HEREDAD SITA EN UR CERÁN A PEDRO, CAPELLÁN DE SANTA MARÍA DE TUDELA.

—ACT, caj. 23, leg. 21, n.º 12.

In nomine Domini. Ego dona Sancia, mulier que fui de don Blascho et filia de donna Godo, vendo unam meam pezam quam habeo in termino de Urcean vobis Petro, capellano sancte Marie Tutéle, et fratri vestro Iohan, per III morabetinos de cruce, bonos et de peso, ut eam habeatis iure hereditario, per secula cuncta. Ista peza est in termino de Urcean, et est prope pezam de donna Maria, filia de dona Tota et mulier que fuit de don Gonzalvo Didaz, et ad capud de sursum via que vadit ad Urcean, et ad pedes illud pratium de Urcean, et de susum illud cascallo de don Serrano. Et sum completa de aver et aliala cum amore. Et dono vobis fidanzas de salvete et sicut est forum in Tutela pro hac suprascripta peza don Garcia de Resa, sine mala voce. Sunt testes, videntes et audientes Micahel sacrista, don Duras, Micahel de Fontés (?).

Facta carta mense aprilis, era M.ª CC.ª XVIII.ª

99

1182, mayo. HUESCA

DON BERNARDO DE BERANUY VENDE A LA MILICIA DEL TEMPLE CUATRO TIENDAS EN HUESCA, EN EL BARRIO DE LA PUERTA DE ALQUIBLA.

—AHN, Cód. 499, fol. 35, n.º 169.

In Dei nomine. Hec est carta auctoritate venditionis quam facio ego don Bernard de Beranuei in manu et potestate fratris Berengarii de Abignone magistro demus Templi Salomonis in partibus Prouncie et Aragonis, et in manu G(uillermi) de Serone comendatore domus Osee, et in manu fratri Alberti clauigeris. Placuit mihi optimo corde et bona voluntate et in presentia honorum hominum absque ullo rancurante, vendi .IIII.ºr tendas in Osea quas habeo in loco cognito in barrio de Porta Alquibla. Et vendo illas domui milicie Templi Salomonis et fratribus ibidem Deo seruientibus presentibus et futuris, scilicet in precio placabile quod inter nos et nos continemus et bene complacuit nobis, per .d. CCC. solidos Iachensis monete nove regis, quos in presente ex vobis recepimus a nostra voluntate, et fui et illis ab vobis paccatas et apud nos iam dictos emptores nichil remansit de hoc precio ad dare istas suprascriptas .IIII.ºr tendas quas ego Bernard de Beranuei vendo. Habent affrontationes in parte orientis via publica, in parte occidentis ortum ecclesie sancti Petri, in parte meridiei tendas domus milicie Templi Salomonis et eius fratres, in parte montis casas de Garcia Bertran. Sicut iste iam dicte affrontationes includunt in circuito ab utraque parte predictas .IIII.ºr tendas. Ita vendo illas predicte domui Templi Salomonis et eiusdem fratribus suprascriptis, saluas, liberas, francas, quietas et ingenuas de terra usque ad celum, cum introitibus et

vobis in altero tam bono campo et tam conuenienti loco in Osca et in suis terminis, et faciamus vobis illum saluum et securum secundum consuetudinem et per forum de Osca. Sunt ex hoc testes dompnur Sancius de Osca, et P(etrus) Sora, et P(etrus) Latorre.

Quod est actum mense iunii .XIII. diebus remansis, sub era .M.^a CC.^a et XX.^a

Aliala pagada constitit .X. solidos Iach(enses).

Mandato et voluntate omnium predictorum Arnaldus Duhet hanc cartam scripsit et hoc signum fecit [*signo*].

101'

1185, febrero.

GULLÉN Y SU MUJER, MARÍA, VENDEN A DOMINGO MONJE Y SU ESPOSA, DOMINICA, UN QUINÓN.

—AGN, *Comptos.*, caj. 1, n.^o 45.

In Dei nomine. Ego Guillem Cormano et uxor mea Maria vendimus illo quinon que mihi Guillem contigit ab integro de fratre meo Iohannes Cormano, scilicet de illo parral de Almoznet. Hoc vendimus cum introitu et exitu eius vobis Domingo Monge et uxori vestre Domenga et filio vestro Martin, per III solidos moneta regis Sancii Navare et medio. Est isto parral in Almoznet, iuxta illo ortal de Garcia Crespo, et ex alia parte illo ortal de Dominga, uxor que fuit de Iohannes Cormanos. Et sumus pacati de precio et de aliala; et damus vobis fidanciam de saluate ad forum Tutele de ista vendicione Reimundo de Bordel. Huius rei testes Forz de Novellas, Bartolomeus de Bunol.

Facta carta in mense febroario, sub era M.^a CC.^a III.^a

102

1202

JIMENO DE BARBASTRO ENTREGA AL ABAD MARTÍN Y A LOS MONJES DE SAN VICTORIÁN CINCO CASAS EN MORILLO DE TOU COMO PRENDA DE VEINTE MORABETINOS DE ORO Y VEINTE SUELDOS JAQUESES.

—AHN, SVict., c. 768, n.^o 11, *carta partida original*, unidos todavía los dos ejemplares.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris, quod ego Eximinus de Barbastro miles, memoria plenus, mitto in pignore domno Martino abbati / monasterii sancti Victoriani Asaniensis et monachis eiusdem genobii, quinque domos quas habeo in uilla Murelli de Otoue, cum hominibus qui in eis / habitant, cum terris, vineis, ortis et omnibus que ad domos ipsas pertinent; et meam partem de illo molino de Murrello et omnia que habeo uel / habere debeo in predicta uilla, totum ab integro eremum et populatum cum exitu et introitu, sicut ad me pertinent uel partinere debent / absque ulla retinencia pro uiginti morabitanis optimis et de peso, et uiginti solidos optime Iaccensis monete. Hec omnia supradicta / mitto in pignore ego predictus Eximinus de Barbastro miles, domno Martino abbati et monachis monasterii sancti Victoriani tali pacto / et conuenientia: ut abbas et mo-

nachi predicti monasterii habeant, teneant et possideant predictas domos et homines qui in eis habitant, cum terris, / uineis, orfis et meam partem predicti molendini, et accipiant omnes expletos qui inde exierint et omnes seruicios quos illi / homines mihi debent facere, quiete et secure et absque ulla diminucione, donec ego predictus Eximinus reddam abbati et monachis predicti / cenobii uiginti morabitos bonos et de peso, et uinginti solidos optime Iaccensis monete et firme simul. Et ego / predictus Eximinus de Barbastro miles, dono domno Martino abbati et monachis monasterii sancti Victoriani fidanzas qui eos in istud pignus / teneant et eum securum eis faciant, donec ego predictos uiginti morabitos et uiginti solidos denariorum simul reddam / eis, de Alfes de Stata. /

Facta carta era .M.^a CC.^a XL.^a Rege Petro regnante in Aragone, in Barchinona, in Suprarb et in Ripacurcia. / Huius rei testes sunt Raimundus de illo Turmo et hoc est sig[signo]num eius, et Buates de Portulas et hoc est sig[signo]num eius.

Ego Arnaldus de Iaro sancti Victoriani monachus, precibus prescripti Eximini hanc cartam scripsi et hoc signum [signo] feci. /

103

[c. 1202]

BELTRÁN DE BIELSA Y SU MUJER, INÉS, ENTREGAN A SAN VICTORIÁN LOS HOMBRES Y LA HEREDAD DE MORILLO DE TOU QUE TENÍAN EN PRENDA DE JIMENO DE BARBASTRO, ABONANDO EL MONASTERIO LA CANTIDAD ADEUDADA POR ÉSTE.

—AHN, SVict, c. 767, n.º 17, copia de mediados del s. XIII

In Dei nomine. Notum sit cunctis hominibus quod ego Bertrandus de Belssa, simul cum uxore mea Agnes, redimus Deo et sancto Uictoriano, abbati et monachis, illos homines et illam hereditatem de Murello de Otou que fuit de domno Eximino de Barbastro; quod homines et quam hereditatem tenebam pignoratam per .L. aureos et .XX.^{ti} solidos Iacensis monete, ex quibus aureis XX.^{ti} erant pro pignore cum XX.^{ti} solidos, .XXX. uero aurei erant per fidanza. Nunc igitur quia abbas et monachi sancti Uictoriani persoluunt mihi Bertran et uxori mee Agnes supradictos aureos et numos, ideo nos redimus eis supradictam hereditatem quam tenebamus pignoratam, scilicet homines, quintam partem molendini, heremum et populatum, et omnem partem ab integro que pertinuit domno Eximino de Barbastro; ita ut ab ac die nec nos nec aliquis per nos non demandet istos suprascriptos aureos uel unumos hec in istis hominibus nec in molendino nec in omni hereditate Eximini, sed domus sancti Uictoriani possideat eam quietam et securam semper. Testes huius rei sunt abbas de Murello nomine Iohannes, et Raimundus sacerdos de Belssa cap[ella]nus de Murello. Fideiussores sunt Bonet de Morello et Domingo et Domingo (sic) de lo Collo, per illos .XXX. aureos qui fuerunt soluti per illam fidanzam suprascriptam. Ego Bertrandus de Belssa laudo et afirmo anc cartam et hoc signum [signo] facio. Signum Agnetis uxoris Bertrandi [signo].

Ego Raimundus de Belssa hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [signo] feci.

Ut Bertrandus de Belssa et uxor eius Agnes [nec] aliquis per eos unquam non demandet istos supradictos .XXX. aureos abbati et monachis sancti Uictoriani.

104

1214, marzo

DOÑA ORIA, VIUDA DE SANCHO DE ALFARO, ENTREGA SU CUERPO Y SU ALMA A LOS HOSPITALARIOS DE SAN JUAN DE ALIAGA, COMPROMETIÉNDOSE A DAR UNA LIBRA ANUAL DE CERA Y A SU MUERTE CINCUENTA "MAZMODINAS", SIENDO POR ELLO RECIBIDA A PARTICIPAR EN LOS BENEFICIOS ESPIRITUALES DE LA ORDEN.

—AHN, Cód. 498, fol. 9 v.^o - 10 r.^o

Notum sit cunctis hominibus quod ego domina Oria, uxor qui fuit Sancii d'Alfaro \ fol. 10 r.^o/ cui sit requies, bono animo et ex gratuita uoluntate, dono et offero corpus et animam meam domino Deo et beste Marie et venerabili sanctoque Iohanni Babbiste et fratribus domus Hospitalis Iherosolimo ibidem Deo seruientibus, in uita uel in morte, ita ut deinceps non habeam licenciam nec potestatem dandi nec mutandi ad nullam aliam religionem nisi prefato domus Hospitalis. Item dono atque concedo domino Deo et fratribus iam dictis Hospitalis pro redemptione anime mee uel patris et matris mee uel parentum meorum atque fidelium omnium christianorum annum pro censu .I.^a libra de cera ad festum sancte Ressorrectionis domini nostri Ihesu Christi, et post obitum meum .LX. mazmodinas. Hoc laudo atque concedo et iuro super .III.^{or} euangelista atendere secundum meum posse quomodo supra scriptum est. Et ego frater Michael de Lasella preceptor castri Aliage, cum consensu et uoluntate fratrum meorum, recipimus tibi Oria iam dicta et omnes res tuas in comenda sicut nostra et colligimus te in beneficiis nostris quos sunt facti in domum Hospitalis extra mare uel citra, ut Deus donet tibi ita talem partem quod unusquisque ex nobis expectamus habere. Sunt huius rei testes qui hoc audierunt et uiderunt, Iohannem d'Aranda, et Arnaldum de Monçon, et Iohannem) Bela, et Pascasium merinum.

Facta carta in mense marcii, era M.^a CC.^a L.^a II.^a

Frater Suprinus capellanus sancte Marie Aliage qui hoc scripsit et hoc signum [signo] fecit.

105

1220, agosto.

GUILLEN DE MENDOZA ENTREGA A LOS HOSPITALARIOS DE SAN JUAN DE ALIAGA EL CASTILLO Y LA VILLA DE MIRAVET EN GARANTÍA DE UN PRÉSTAMO DE 400 MORABETINOS.

—AHN, Cód. 498, fol. 3.

In Dei nomine. Notum sit cunctis omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quomodo ego don Guillem de Mendoza, insimul cum uxor mea dona Sanctia filia de don Michal de Sancta Cruz, ambos insimul mittimus in pignus uno nostro castello insimul cum \ illa/ uilla quod habemus en a frontera per nomine Mirauet, quod est inter Uilla Rubea et Aliaga, uobis frater Sancio Lopiz preceptor de Aliaga, et a uobis frater Lupus preceptor de Annon, et aliorum fratrum qui sunt presenti et futuri in domo Hospitalis sancti Iohannis, bono animo et

Numismática navarro-aragonesa medieval

spontanea uoluntate sine ulla mala uoce et sine ullo ingenio et sine ullo retinementum ad bona fide sine ingenio, cum exiis et regressis suis et cum suis aquis et cum omnibus suis directis quod ad nos pertinet et pertinere debet in isto suprascripto castello insimul cum illo uilla et suis terminis, heremo et poblato, totum ab integro absque ullo retentu. Et est precio placabile quod conuenimus inter nos et uos .CCCC. morabetinos alfonsis bonos de oro et de peso, unde sumus bene pacati de manu de istos suprascriptos morabetins et stamus de manifesto. Et est termino de redimere hoc pignus di ista sancti Michaelis primo qui uenit in uno anno, et deinde sancti Michaelis ad sancti Michaelis. Et ego don Guillem de Mendoza insimul cum uxor mea dona Sancia filia de don Michael de Sancta Cruz, damus uobis frater Sancio Lopiz preceptori de Aliaga, et ad uobis frater Lupus preceptori de Annon, fidanzas de saluedad ad forum de inpignamento a don Garcia Eneguez et a don Rodrigo de Barbari de isto iam dicto pignale quisquis demandet quod illos saluent ad domum Hospitalis et ad fratribus eiusdem ad bona fide sine ingenio. Et si forte au[eni]re ulla forza de rege uel de alio christiano uobis fratribus de Hospitalis custodiendi iam dictum castellum sicuti uestrum pignale et ad me adruando ad illa forzia a bona fide. Et si ego non potuero recuperare iam dictum castellum istas supradictas fidanzas faciant recuperare istos iam dictos morabetinos ad domum Hospitalis et ad fratribus a bona fide sine ullo retinemento. Et ego don Guillem de Mendoza et uxor mea dona Sancia facimus hominum de manibus uobis fratribus [iam d]ictis ad bona fide sine ingenio ut nos que gardemus et curiemus ad domum Hospitalis et ad fratribus eiusdem de toto ullo ingenio de isto supradicto pignale. Et similiter ego don Guillem de Mendoza et uxor mea dona Sancia damus uobis fratribus iam dictis et successores nostros totas illas arendas et illas exidas de illo castello iam dicto et de illa uilla et de nostra hereditate qualicumque modo ibi euenerit per custodir et retener isto iam dicto castello et de istas exidas et rendas quod uobis damus per retener et custodir illo castello non respondeatis nobis nec nostris nunquam magis. Et ego frater Sancio Lopiz preceptori de Aliaga, et frater Lupus preceptori de Annon, insimul cum aliis fratribus de domo Hospitalis conuimus et ad bona fide sine ingenio ad nos don Guillem de Mendoza et ad uestra [u]xor dona Sancia quod nos bene guardemus et curiemus isto iam dicto castello et ad bona fide sine ingenio. Et uos ad illo termino supra scripto dando nobis uel successores nostros istos suprascriptos .CCCC. morabetinos alfonsis bonos de oro et de peso, ut nos demus uobis isto suprascripto pignale. Et si forte in isto demedio deuenisset de uobis don Guillem et de uestra uxor dona Sancia antequam uestro castello habuisservis recuperato et uestros filios uofuissent illum trayre de pignus preceptori de Aliaga et fratribus eiusdem primus recuperando istos iam dictos .CCCC. morabetinos alfonsis bonos de oro et de peso, quod reddant illo castello ad filios uestris sicut superius dictum est. Et de hoc sunt testes per manu positi ex utraque parte, don Tarin Pedriz, et don Galin Pedrez, et don Pedro Escudero, et don Pascal Merino. Visores et auditores Diago Lopez, et Fortun En[el]guez, sobrnos de don Guillem. Et don Pedro Michael, et don Pedro Lopez de Bolban, et don Suero de Tirasgona, et don Petrus capellanus de dona Sancia uxor de don Guillem.

Facta carta in mense augusti era .M.^a CC.^a L.^a VIII.

Et Iohan Surrio hanc cartam scripsit propter mandamentum de don Guillem et de sua uxor dona Sancia, a sexta decima linea super scripsit.

